CONSILIORVM
EXCELLENTISSIMI
Et Celeberrimi Iuriſconſulti,
D. IACOBI MANDELLI ALBENSIS.
COGNOMENTO ALBAE,
Libri Quatuor.

Quæ ipſe Mediolani, Papiæ, Placentiæ, & Piſis in caſibus, & materijs in foro frequentiſſimis edidit.

A D. VINCENTIO ANNIBALDO VALENTINO Inſubri, Iuriſconſulto eius Diſcipulo digeſta, & edita, in omnium nunc viuentium, & poſterorum vtilitatem, & gratiam.

Accesserunt ipſius D. ANNIBALDI [illegible] CASVS, SVMMARIA, & ADDITIONES, in quibus [illegible].

INDEX inſuper copioſiſſimus ab eodem D. ANNIBALDO accumulatus.

Opus ſanè Iuriſconſultis omnibus, Scholaſticis, Magiſtratibus, Iudicibusq; Aduocatis, cauſarum patronis, cauſidicis, & cæteris in foro verſantibus, maximè vtile, & neceſſarium.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, M. DCIX.

Apud Iacobum Antonium Somaſchum.

AD ILLVSTRISSIMVM, AC REVERENDISSIMVM D. IOAN. BAPTISTAM BILIVM

Papiæ Epiſcopum Comitem, &c.

QVòd ea in te ſint dignitatis ornamenta collata, quæ (Illuſtriſſi-
me, ac Reuerendiſſime Præſul) virtus tua, & induſtria, acer-
rimiq; ingenij præſtantia ſuo quaſi iure videbantur exigere, bo-
norum omnium animi cum vniuerſo populo tantùm ſanè lætan-
tur, quantùm qui maximè. Quin ipſa adeò Papia vtriuſque ſo-
ri ſubſellia ita geſtiunt, vt ad tui admirationẽ mentes alliciant.
Ea enim tua eſt authoritas, & amplitudo, cuius fama vbique perſonet, ac glo-
ria. Quid ita? Quia is es, qui Graphium et ſceptrũ ex æquo exercens ex vtroq; no-
mẽ immortale conſequeris. Qui Comes Præclara BILIORVM gente ortus
illuſtres Italiæ familias, aut ſanguinis linea, aut hoſpitalitatis iure deuinctas reti-
nes. Is præterea, cui ad decus nihil eſt, quod deſiderari, aut deeſſe queat. Etenim
magna fide, magna religione, non fama varia, aut dubia, ſed longo vſu, & multi-
plici experientia ampliſſimum curæ tuæ gregem, & tutelæ commiſſum pro inte-
gritate regens, & iuſtitia, diligenter, ac ſedulò, quid agẽdum quid obſeruandũq;
dies tecùm ſpecularis, & noctes. Quare non facile dictu eſt, quanto populus gau-
dio tuus exiliat; qui tanto ſplendore generis inſignem, tanta probitate, et eruditio-
ne conſpicuum Patrem ſit nactus, & Paſtorem. A quo quidem aliorum inſtitu-
to errori ducens abſcedere, lætandũ mihi admodum ſentio, tibiq; gratulandum.
Quòd ſanè officium quantùmuis tardum, ſi delectationis minus, offenſionis certè
nihil vnquam habet. Verùm cùm mecum ipſe recolo, quo Sommaſcorum, licet
immerentem, fauore ſemper complexus es familiam, magna tua in nos non dico
officia, ſed merita. Cumque antiquiſſimi moris eſſe cognoſcam, vt, qui à liberali-
bus, & beneficis Principibus aliquo munere donantur, & honoribus, quæ ſaltem

CONSILIORVM EXCELLENTISSIMI, ET CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI, AC PVBLICI INTERPRETIS D. IACOBI Mandelli Albenſis, Cognomento Albæ,

A D. Vincentio Annibaldo Valentino I.C. eius Diſcipulo digeſtorum, & editorum: cum ipſius D. Annibaldi additionibus vtiliſſimis, Summarijs diligentiſſimis, & Indice locupletiſſimo.

Liber Primus.

CASVS.

De materia caſuum fortuitorum. Et an is, cui fuit conceſſa immunitas generalis ab oneribus, teneatur ad onera, quæ imponuntur propter caſum Belli inopinatum, & inſolitum, & qui caſus ſit, caſus Belli.

SVMMARIVM.

1 *In generali mentione facta de caſibus fortuitis, non continentur caſus inopinati, & inſoliti, niſi de eis ſit cogitatum ſaltem in genere, & nu. 10.*

2 *Immunitas conceſſa per contractum, cenſetur fortior, & magis eſt obſeruanda.*

3 *Remedium l. 2. C. de reſcinden. vend. an habeat locum in tranſac. num. 12.*

4 *In contractibus conſideranda eſt mens contrahentium, & tenendum eſt, quod eſt veriſimile.*

5 *Obligatio ad caſus fortuitos non cõprehendit caſus valde inſolitos, et quod dictũ ſit, quòd quacunq; de cauſa, quæ excogitari poſſit &c. vel appoſita ſint talia verba, quæ de ſui natura ſoleant cõtinere caſus inopinatos, & maiores expreſſis. vel poſt expreſſionem aliquorũ ſit ſubiecta clauſula generalis, quòd teneatur de omnibus alijs, qui poſſunt imaginari, etiam, quòd adſit iuramentum.*

6 *Iuramentum non ampliat, ſed confirmat.*

7 *Caſus omnes fortuiti dici poſſunt inſoliti, & inopinati, ſed ſecundum magis, & minus, & quomodo, & qualis ſit caſus belli.*

8 *Caſus inſolitus quis dicatur, & quid inſolitus, & omnino inauditus caſus, dicatur euentus bellorum, ob quæ multa iniuſtè patiuntur homines, multas pecuniarum exactiones, multas excurſiones, agrorum deuaſtationes, onera alendi exercitus, deprædationes, & incendia.*

9 *Clerici ad quæ onera teneantur.*

10 *In tranſactione fit ſtricta interpretatio.*

11 *Principe iubente, cogitur feudatarius ſoluere onera, & collectas, etiam pro bonis ſuorum ſubiectorum abſentiũ, datur tamen poſtea ei repetitio contra ipſos ſubiectos, etiam quod Princeps ſit Tyrannus, vel aliter iniuſtè exegerit pecunias. Vinc. Annib. I.C.*

CONSILIVM I.

SECVNDVM ea, quæ in facto proponuntur, dicendum videtur, quòd allegata immunitas b cõ-
b prehendat etiã caſum belli, quãuis ſit caſus inſolitus. † nã licet
2 dici ſoleat, quòd in generali mentione facta de caſibus fortuitis non continentur caſus inopinati, & inſoliti, iuxta tradita per Bar. in l. Scio. §. medico. ff. de annu. leg. & Bart. & cæteros, in l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ff. ſi quis caut. ſecus tñ eſſe videtur, ſi cogitatum fuerit, ſaltem in genere, de talibus inſolitis caſibus, quemadmodũ in caſu noſtro, in quo dictum fuit, quòd ſint immunes ab alia quauis impoſitione, etiam ſi talia onera forent, quæ indigerent expreſſione magis ſpeciali, & quæ venirent inopinata, per ea, quæ in his terminis tradit Alexã. in conſ. 30. ponderatis col. 1. & 4. in 5. vol. & conſ. 193. ex themate, col. 3. in 2. vol. & in l. ſi ex toto, in princ. in 2. col. ff. de leg. 1. & conſ. 97. alias de facto, col. 1. & 4. in 3. vol.

Secũdo quia licet aliqua poſſet eſſe dubitatio in immu-
2 nitate conceſſa per priuilegium, † ſecus tamen eſſe videtur in ea, quæ conceſſa ſit per viam contractus, vt in caſu noſtro, nam iſta cenſetur eſſe fortior, & magis ad verbũ obſeruanda, vt idem Alex. tradit in d. conſ. 193. col. 4.

Tertio cõſiderandũ eſt, quòd talis immunitas cõceſſa fuit per tranſactionẽ, quo caſu fauore litium tollendarũ volũt iura, quòd omnino obſeruetur. l. in ſumma. §. 1. ff. de cõdi. inde.
3 † Et hinc eſt, quòd remediũ legis 2. C. de reſcin. vendi. locum nõ habeat in tranſactione, ſecundũ Alex. in l. ſi quis cum aliter, col. 1. & 2. ff. de verb. obli. & ibi Iaſ. col. 5. & 6. & quòd trahatur tranſactio ad quæcunque incogitata, ſi ita dictũ ſit, tradit Bart. in l. ſi de certa, col. 2. C. de tranſac.

Sed his non obſtantibus, contrariũ puto de iure eſſe verius, & præſuppoſito, quòd nõ tantum in vltimis volũta-
4 tibus, † verum et in contractibus conſiderãda eſt mens
c contrahentium, c & tenendũ eſt id, quod ſit veriſimile. l. in cõuentionibus. ff. de verb. ſign. & l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contrah. emp. & Pau. de Ca. cõſ. 173. viſo caſu, col. 2.
5 certiſſimũ eſt, † quòd licet quis ſe obliget ad caſus fortuitos,
d talis tñ obligatio non cõprehendit caſus valde d inſolitos. l. ſtillulas. §. ſi. ff. de contrahẽ. emp. vt tradit Ang. conſil. 176. præmittendũ, & Bal. cõſ. 145. caſus talis eſt, col. 2. in 3. vol. & Raph. Fulg. cõſ. 193. factũ ſuper quo, quę procedũt, et ſi dictum ſit, quòd quacunq; de cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit, ſecundũ Alex. conſ. 107. perſpectis verbis, col. 4. verſ. nõ obſtat quòd dñs in 3. vol. vel ſi quæcunq; alia verba poſita ſint, et quæ de ſui natura ſoleant continere caſus inopinatos, & maiores expreſſis, ſecũdũ And. Sicul. conſ. 21. præclarè dixit, col. 5. in 2. vol. et ſi expreſſi fuiſſent aliqui caſus fortuiti, deinde ſubiecta clauſula generalis, quòd teneatur de omnibus alijs caſibus, qui imaginari poſſint, vt latè per Alex. cõſ. 28. viſis, col. 3. & 4. in 2. vol. quia de talib. non eſt veriſimile fuiſſe cogitatũ, quamuis dictũ ſit, quòd traheretur obligatio ad incognita, vt ibi per
6 eũ, vbi et infert id procedere, ſi adſit iurãm, & meritò, † quia Iurãm nõ ampliat, ſed cõfirmat. l. ſi. C. de non nu. pec. quæ
7 oĩa ſequit Corn. cõſ. 2. licet diffusè, in 4. vol. vbi ait, † quòd
e caſus oẽs fortuiti dici põt inſoliti, e & inopinati, ſed ſecundũ magis, & minus, nã qdã ſunt, qa facilè à quocunq; põt prouideri qdã, q nõ, niſi à prudẽtibus viris, qdã, q ſolũ à prudẽtiſſimis, quidã verò, quos nullus, etiã prudentiſſimus vir facilè cogitaret, & inter illos ponit caſum belli, & idem in cõſ. 23. videtur, in 4. vol. & ſequitur Rip. in

CONSILIORVM EXCELLENTISSIMI
Et Celeberrimi Iuriſconſulti,
D. IACOBI MANDELLI ALBENSIS,
COGNOMENTO ALBAE,

Liber Secundus.

Quæ ipſe Mediolani, Papiæ, Placentiæ, & Piſis, in caſibus, & materijs in foro frequentiſſimis edidit.

A D. VINCENTIO ANNIBALDO VALENTINO Inſubri, Iuriſconſulto eius Diſcipulo digeſta, & edita, in omnium nunc viuentium, & poſterorum vtilitatem, & gratiam.

Accedunt ipſius D. ANNIBALDI ad quæque Conſilia CASVS, SVMMARIA, & ADDITIONES, in quibus Doctorum concordantiæ, communeſque opiniones, & alia citantur.

INDEX inſuper copioſiſſimus ab eodem D. ANNIBALDO accumulatus.

Opus ſanè Iuriſconſultis omnibus, Scholaſticis, Magiſtratibus, Iudicibuſq́, Aduocatis, cauſarum patronis, cauſidicis, & cæteris in foro verſantibus, maximè vtile, & neceſſarium.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, MDCIX.

Apud Iacobum Antonium Somaſchum.